



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

6 Benedictio Papae venialia peccata remittit, & est res sacramentalis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Benedictio patris firmat domos filiorum, *Eccles. cap. 3.* benedictio Domini divites facit *Salom. cap. 10.* honora ergo patrem, ut benedicat te, honorat patrem pius propter gratiam, ingratus pro timore, & si pauper est, pater non habens divitiarum copias, quas relinquat filijs, habet tamé ultimæ benedictionis hereditatem, qua sanctificationis opes successoribus relinquat, & multò plus est beatum, quàm divitem fieri, S. Ambros. *in lib. de benedict. Patriac. c. 1.* & plura alia sacræ scripturæ loca deducit, & citat Marfil. Archiep. *Valer. in d. sec. 2. c. 1. n. 39.* & Christus dominus nolter Apostolis panem daturus, benedixit, *Math. c. 22.* similiter, & calicē, & cū cœnasset, hymnū dixit, *Luc. c. 22. & 24.*

<sup>6</sup> Benedictio, ꝑ quam impatiuntur Pontifices, venialia peccata remittit, & est sacramentale, non sacramentū, Marfil. *dist. Hidragiolog. sec. 3. c. 2. nu. 7.* benedicunt etiam agnos ex cara, de quorum origine, & virtutibus disertè tradidit Fr. Vincentius Bonardus ordinis Prædicat. in suo peculiari tractatu Romæ edito. Ordinis virtute ꝑ benedicite Episcopus vestimenta ecclesiastica, quæ benedictio de jure communi ad Episcopos pertinet, & ex privilegio Papæ, Ministri, & Provinciales ꝑ Fratrum Minorum, & Guardiani, pro eorum ordinibus, & pro monialibus S. Clarae, totiusque ordinis, benedicere possunt, *Nau. c. 25. n. 84. tom. 3.* eodemque privilegio sunt munici superiores Societatis Jesu, & congregationis S. Pauli de collati Baraabitæ auncupati.

<sup>7</sup> Aquam benedicunt Episcopi, qua ecclesia polluta reconciliantur, nempe naturali aqua vinum cum cinere miscendo, *cap. proposuisti, exs. de consecr. eccles. vel*

*alt. & in veteri testamento sanguine aspergebatur, Levit. c. 4.* & aquæ pro reconciliationis benedicuntur, & ecclesiæ reconciliantur ad formam præscriptam in *Pont. Rom. de eccles. dedic. par. 2.*

Benedicunt ꝑ etiam Episcopi populum post missam solemnem benedictione, ut c. Abb. & ibi *glos. in vers. solemnem, de privil. in 6. & c. denique, 21. dist. Presbyt.* aut modo, quo Episcopus benedicat, benedicere non licet. *glos. in c. ad celebrandas, de consecr. d. 1. & Graff. decis. aur. c. 26. n. 4. par. 2. lib. 3.* & omnia, quæ consecrantur, benedicuntur, ut ecclesiæ, cœmeteria, altaria, calices, ac paramenta, & alia, quæ sunt ordinis Pontificalis, de quibus supra in c. 5. de consecr. per totum. Alias benedictiones, quæ sunt ordinis sacerdotalis, ꝑ preb. ordinis virtute possunt impartiri, ut sponfos benedicere, c. *Sponsus, 23. d. c. aliter, & c. sponsus, 30. qu. 5. & Conc. Trid. cap. 1. de res. matr. sess. 24.* non autem secundæ nuptiæ sunt benedicendæ quia secundæ nuptiæ benedicens poena est plectendus, ut *cap. 1. ubi etiam glos. & Abb. de sec. nupt.*

<sup>8</sup> Nuptiarum benedictio ꝑ jam à mundi creatione originem duxit, benedixitque illis, & ait, *crecite, & multiplicamini, & replete terram, Genes. c. 1.* ac alio loco, & apprehendens dexteram filia suæ dexterae Tobia tradidit dicens, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, vobiscum sit & ipse coniungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis, *Tobias cap. 7.* & ab Apostolis tradita fuit de qua per Evarist. in epist. quæ primo Concil. tom. continetur. Benedicunt presbyteri careum paschalem in sacræ resurrectionis Dominicæ mysteriū ex antiquissimo